910

# Sozanski Alteri Roborat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneatus Premyslensis Nobilis Basilius Sozanski Wasilichek sanus mente et corpore existens a Terris Dictis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus mediante praesenti Castrensi Capitaneali Premyslensi Iurisdictione quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniae habitis et habendis Nobilis Iwan Sozanski eiusque posteris inscribit et obligat praesentem Scriptum certum manuale per se Regentem in rem et manus praefati Nobilis Iwan Sozanski ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto contentis de actu et data eiusdem hic Premyslensi die hodierna in actu contenta confectis et dato manu sui Regentis subscriptis In omnibus et singulis eiusdem Scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem Scripti contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praefatum Scriptum vicissim in toto referendo Idque sub vadio Ducentorum florenorum polonicorum per eundem Regentem Nobilem Basilium Sozanski aut ipsos successores praefati Nobilis Iwan Sozanski sive illius posteris ob non completionem contentorum Scripti praefati omnium et singulorum semper toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex Contentis Scripti praefati non completa complendum Citatus existens nominatus Regens Nobilis Basilius Sozanski Wasilichek sive ipsius posteri Ad instantiam suprascripti Nobilis Iwan Sozanski aut ipsos successores [illegible] praesens Castrensi Capitaneali Premyslensi Extunc recessu suprascripto

praescripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium praefactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Illum primum terminum peremptorium vti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictionem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos officii praefati Castrensis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys Juris praescriptione Terrestri bello Conventionesque ac alys omnibus iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac praesenti personali Recognitione desuper mediante

# Sozanski Alteri Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneo Premysliensi Nobilis Iwan Sozanski olim Nobilis Jacko Sozanski filius Sanus mente et corpore existens a Terris Dictis Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competentibus mediante praesenti vero Castrensi Capituli Premysliensis Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gulis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per ex praesentibus ingenuit Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Kąt na błoniu podle błota Tum Agrum dictum Lipki na błoniu dwoie stay Item Łąke podla Krynicki in villa Sozania Terra et Dictu praesentibus Premysliensi iacentem cum omni praemissorum Jure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus commodis emo